Krowiwnicki Dąbrowa Donatio

Coram offi(ci)o et Actis pr(aese)ntibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Branscen(sibus) per(sonali)ter comparens Nobilis Joannes olim Alberti Zarzecki Sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Laurentii Krowiwnicki et eius posteris Bonorum suorum mobilium in hereditate Dąbrowa Gnila sitorum in Area Octo Sulcos incipien(do) à Cryska ad metam tenden(do) inter metas Spalenski et eiusdem Alberti iacen(tes) cum pomario et omnibus eiusdem Areae utilibus fructibus quentibus attinen(tiis) et pertinen(tiis) Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Cui iam ex nunc Intromissionem realem cum pacifica possessione f(aciendam) Nobilem et Nobiles dicte offerre accep-tandam dat et admittit Submittendo se de omnibus bonis cum specialibus suis Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione Commissionum ab omni impedimento iuridico quarumvis per-sonarum propinquarum et remotarum per omnes [illegible] toties quoties opus et Necesse fuerit tueri defendere evincere Solusque per se et per submissas personas non inquietare Sub Damnis Tribus simplis capitalis et decernendis. Et Coram officio pr(aese)nti peremptoria responsione Omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suos succesores ubi abrenbendo et abrenunciando.

Zajoy Quietatio.

Coram offi(ci)o et Actis pr(aese)ntibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Branscen(sibus) per(sonali)ter comparens Nobilis Joannes olim Mathei Grochowski Kolonka licet visu oculorum destitutus mente tamen et corpore sanus existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Andream olim Mathei Zajonski de Zaij Wagle hered(em) de persolutione summae Duodecim Sexagenis et grossorum Quindecim debiti sibi per eum Coram Actis [illegible] inscripti ob sufficientem Satisfactionem quietat et inscriptionem cassat.

Borowski Quietatio.

Coram offi(ci)o et Actis pr(aese)ntibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Branscen(sibus) per(sonali)ter comparens Nobilis Joannes olim Mathei Kolonka Grochowski licet visu oculorum destitutus mente tamen et corpore sanus existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipsi Nobilis Franciscus olim Felicis Borowski de Ciborz iuxta binas inscriptiones summam Sexaginta Quatuor florenorum Polon(icalium) debiti Coram Actis authenticis inscripti ex integro [illegible] solvit ideo ipsum quietat et inscriptiones utrasque cassat cum [illegible] super eo nomine obtentis [illegible] temporibus [illegible] ante.